

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

PICTA  
POESIS.

VT PICTVRA POESIS ERIT.



L V G D V N I,  
*Apud Mathiam Bonhomme.*

1552

CVM PRIVILEGIO.



IL EST COMMANDÉ de la part  
de Monseigneur le Lieutenant general, au gouuer-  
nement de Lyonnais, à Macé Bonhomme Im-  
primer ce present œuvre Intitulé *Picta Poësis*,  
tant en latin, que en Francois, avec inhibitions &  
défenses à tous autres de l'imprimer ou faire impri-  
mer dedans trois ans, sur peine d'amende arbitraire,  
& de confiscation desdites impressions.  
Fait à Lyon, le vingtneufième d'Aoust mil  
cinqcens cinquante deux.

I. Tignac.



A M P L I S S I M O V I R O,  
D. PHILIBERTO BA-  
BO ANGOLISMORVM  
EPISCOPO  
BARPTOLEMAEV S ANVLVS  
BITVRIX s.



OC EGO TE POEMA-  
tio dono (VIR Clarissime)  
et quantū in me est: honoro.  
Quod certè vt insolens: ita  
nouum tibi fortè videbi-  
tur. Sed nihil obstat quó-  
minus vt quemadmodum quod nouum est, tem-  
pore tandem veterascit: sic quod vetus est, tem-  
pore renouetur. Nimirum antiquum illud pi-  
gnus amicitiae, tantò melioris, quātò vetustio-  
ris, inter nos iam olim cōtracta, dū in&qua-  
lis fortis discernenda per etatulā nesciū, apud  
Biturigum Metropolin, in magnifica IACO-  
BI C O R D I S domo, sub prudētiſ. & eru-  
ditiss. viro SIMONE DAGOBERTO,  
cum tribus vna fratribus tuis, alijsque nobilis-

A 2

simis tūm pueris, nunc autem viris cernatissi-  
 mis, primū in literis institueremur, arctissimā  
 que familiaritate cōiuncti essemus. PORRO  
 ab illo tēpore elapsis triginta, & amplius an-  
 nis, cūm ego te nunquam posteā viderim: non  
 potui tamē non perpetuò meminisse. Tanta in-  
 sederat animo meo, & tui tunc admiratio, &  
 prudentia, & virtutis in te olim futuræ præ-  
 saga existimatio. Quæ adeò non fecellit: vt  
 omnem etiam (quantum de te au idè sciscitans  
 iactari audī, animi mei præsumptionem supe-  
 ravit. Ex quo fit: vt quæ mihi (dum simplex  
 vtriusque nostrūm ètas, Fortunā, & Genesin  
 disparem parum secernebat: prima fuit tui di-  
 ligendi caussa: ea nunc adaucta incrementum  
 quoq; det amori: qui illa acceptus ètate, illisque  
 studiorum principijs inchoatus: in senectutem  
 usque firmissimè durat, religiosa quadam im-  
 butus necessitudine. Ergo ego per hūc oblatum  
 qualem cunque libellum, quasi veteri Falerno  
 nouum Hymettium admiscens: veterem illam  
 inter simplices pueros necessitudinem, reuoco in  
 nouam, & præsentem tuæ dignitatis obserua-  
 tionem, & Fortunæ ex prudentia factæ gratu-  
 lationem. Quam DEV S O continuis augeat  
 successibus. Vale. Idibus Sept. 1552.



AETIOLOGICA PRO-  
PHASIS.



V M AGATHAN-  
dro Lugdunensi Typogra-  
pho mihi noq[n]ulla est ne-  
cessitudo, cuius ergo, fami-  
iliariter aliquando Musæum  
eius ingressus: incidi in ali-  
quot imagunculas in æs in-  
cisas. Quaruni ego vsum cum essem percōtatus,  
is nullum esse respondit. quod inscriptiones ad  
picturam alludentes non haberet. aut si quas  
habuisset, sibi periisse adfirmavit. ibi ego tales er-  
conas non temere efficietas esse ratus, recepi me  
ex mutis, & mortuis, vocales, & viuas effecturū:  
inspirata viuacis Poëeos velut anima. quod  
quām alacriter recepi: is alacrius excepit, itaque  
statim coepit opus: in eo progressum: & tan-  
dem peractum versibus latinis, nonnullisque  
Græcis. majori tamen labore, minori q[ue] existima-  
tione: quām si ex meo ipsius libero commento  
fecisset. Quanquam non adeò anxie laborans  
coniectari quid Agalmatographos ille Apho-  
nos (quicunque fuerit) in animo habuisset: quām  
quod mihi esse imagini aptum videretur: id

6

μεθινῶς adfingere , partim ex meis conceptibus ,  
partim ex optimis vtriusque linguae autoribus  
desumptum . Et tanquam Lesbia ad hoc stru-  
ctum regula sum vsus , nimirū nō Picturā Poësi  
(vt decuit) sed Poësin Vīcturæ iam exaratæ (vt  
necessitatem fuit) adaptans . Nā Δία καθ' ὑγεροφ τρόπο-  
φοφ . id que mihi negotij credidi solūm dari:  
aconibus vt conuenirent , quos fecissem versus .  
**Quod** ego mihi videor propemodum adsecu-  
tus . Si cui autem vellicatori minus feliciter : aut  
minus propriè videbor : Is sciat molesti' esse , alie-  
nis insistēdo vestigijs , inter angustias subsequi:  
quam libero gressu per apertam planitem ex-  
patiari . Nullam etenim ex omnibus imaginem  
delineandam , aut excalpendam curauit **ex** mea  
descriptione , proq; meo arbitrio (quod facilio-  
ris erat operæ ) præterquam Symbola , & Stem-  
mata , & Matrimonij Typū , cum tredecim alijs  
sparsum admisisti : vt perficeretur Hecatontas ,  
cum cumulo , & accessione . explerenturq; pagi-  
næ aliquot inanes , natura vacuum non patien-  
te . In cæteris verò pro mea diuinatione verba  
rebus quam potui conuenientissima accommo-  
dare sum meditatus . Ut præmortuas , semisepul-  
tasq; imagines in vitam , & lucem reuocarem :  
ingenium meum exercerem : lectorum vt oculis ,  
sic animis satisfacere : Deniq; V I R O B O NO  
& amico obsequijum præstarem . Et hęc est ope-  
ris suscepti cauſa .

DIVINI SPIRITVS INVOCATIONE.



OMNE bonum munus, quod ab omni parte beatum  
 A Patre luminis est desuper adueniens.  
 Ergo opus orditur quisquis quodcunque Poëta:  
 Inuocat hic primum numinis auxilium?  
 Carmina sic quoque nos scripturi picta, precamur,  
 Cælesti ut nobis luceat igne Deus.

A 4



8 PICTA  
GENTILITIVM BABORVM  
STEMMA.



EN MANVS insignem ramum quæ porrigit vltro,  
Manus Amicitia, Pacis & indicium.  
Ramus hic inferna Iunonirite sacratus,  
Perpetua auricomus frondis honore nirens,  
Quem sibi pulchra suum offerri Proserpinam unus  
(Vt pius Aeneas obtulit) instituit.  
Littera Pythagoræ discrimine seta bicorni  
Cuius & in gemino palmitæ picta patet.  
PORRO tantarum quæ fini mysteriarerum:  
Dicer (cum nemo nesciat) ecquid opus?  
Hoc gentilium clarorum est stemma Baborum,  
Haud minimu quibus es, Tu Philiberte, decus.



B. ΑΝΥΛΙ, ΣΦΡΑΓΙΔΙΟΝ.  
ΑΙΩΝΙΟΝ, ΚΑὶ ΠΡΟΣΚΑΙΡΟΝ.



O B S C V R I generis cùm sim: nullumque feratur  
A Gentilij*s*nō nobile stemma meis.  
Et mibi cùm fuerit pater Anulus, & Rosa mater:  
Ex vitroque meum schema parente gero.  
A N U L V S in se reuoluti circulus anguis,  
Aeternum signans est Hieroglyphicon.  
At R O S A, corporis est nota non obscura caduci:  
Quae perit hoc eodem, quo fuit orta, die.  
Scilicet ut quoniam mortali corpore consto,  
Aeternaque anima: Symbolon hoc hab eam

A 5

TYPOGRAPHI AGATHANDRI  
SYMBOLVM.  
ΕΚΤΟΥ ΠΟΝΟΥ ΚΛΕΟΣ.



PERSEVS saxis& caput exitiale Medusa  
 Victor periculi gerit.  
 Aegide Palladia armatus, clypeoq; corusco,  
 Acuta & Harpe Mercuri,  
 Vertice pennato, geminis talaribus: auras  
 Carpens, volat mirabilis.  
 Despicit, ac intr'a se homines in saxa stupentes:  
 Fusis humi serpentibus.  
 ECQV ID id est? Cùm absoluit opus Sapientia pulchrū  
 Acumine Eloquentiae:  
 Euckit altè (adèo genus vt mortale flupescat:)  
 LABORE PARTA GLORIA.



Cv i iaculum, iaculoq; animus præstansior omni;  
Atque Leoninum vis erat exanimis:

CADMVS Agenorides præstas facūdia, & armis:  
Vt iaculum penetrans, ut Leo magnanimus,  
Vexit in Europam literas Phœnicibus ortas.

In quibus humanæ circulus est Sophiæ.  
Quarum quinque (alij se collidentibus vltro.)  
Plena vocales integritate manent.  
Ac terrestribus has animis infunxit: & artes.  
Civiles homines fecit & ex rudibus.

Fictus



PICTVS ob hoc vigilis dentes spaxisse Draconis:  
Ex q̄ satis natos dentibus esse viros.

Qui se occiderunt per mutua vulnera tantum  
Post reliquos cæsos, quinque superstibus.  
Ex quibus est hominum post multiplicata propago:  
Qui primi Thebas incolere nouas.


HIVVS ad archetypum, literas qui spargit in urbe  
Quæ nomen, vires, stemma Leonis habet:  
Quiq; libris homines sapientes perficit: An non  
Iure pari posset dicere Chalographus?  
SEMINO SERPENTIS DENTES IN PELLE LEONIS.  
Hoc est LVGDVN, Qui Leo Gallicus est.



IN ADVENTVM HEROIS SAN-  
CTANDRAEI LVGDVNIGV-  
BERNATORIS.



HANNO manu primus ferrur tractasse Leonem  
Pœnus: & artifici Dux catus ingenio.  
Ast hunc quem penes est Regis manus, utque potestas  
Quia mirabilius posse LEONOPOLIN?  
Posse Leontopolin LVGDI moderari urbem:  
Quia nomen (Celtan voce) Leonis haber.  
ΩΣ χαρχηδένι Αννωρ ἀπέδειξε τίθησον.  
Δεινῷ χ' ἱπιαλᾶς χερσὶ λέοντα φέβω.  
ΩΣ τολιτευεῖθα γαπῆτε σικῆτε προσεύχεται  
Η πατ' ἐμωτυμίαν ἡ τάλις ἐξὶ ΛΕΩΝ.





**C**O R P O R E sit duplicitis formæ Hermaphroditus in uno  
 Vnāque sit facies fœminæ, & vna viri.  
**O**scula dein, gemino velut ore reciproca dentur:  
 Quæ blando alterna sunt in amore vices.  
**H**inc vtrunq, Sophos carnem vnam dicat: at inde  
 (Dum pugnant:) Satyrus rideat esse duos.  
**C**arne quod esse duos cornutus Hebræus in vna  
 Iussit: hoc corpus denotat Androgynon.  
**A**t quod non deceant diuisio iurgia sponsos:  
 Id Satyrus μέρης qui reprehendat: adeſt.  
**C**asibus aduersis solatia virinque ferendis,  
 Sintq, decussatim brachia iuncta cruce.  
**S**ic ut dactylion dexiro super ubere lœua,  
 Corq, smifstro habeat dextra manus latere,  
**I**lle fidem sponsam, viuacem hoc signat amorem.  
 Vnā vt conueniant hinc amor, indefides.

*Tum laqueus cingens (os de quod est en dorat) et qui)*

*A capite usque pedes pendeat implicitus.*

*Sic tamen ut velet nodo coeunt e pudenda.*

*Et notam sexus non sinat esse notam*

*Nempe maritalis, nodusque virorius: ambo*

*Dum coeunt: tecum membra pudore ligant.*

*Folliculusque iugo super impositus caput ornet.*

*Tum quia suave ingum: tum leue quod sit onus.*

*Porrò, frugiferis iuxta stet frondibus arbos:*

*In cuius ramis plurima sidat avis.*

*Rostra insertantes, atque oribus oracula columbi.*

*Et satis ex una, Turtur Turtur habens.*

*Pro quo suo fœtu plumis spoliata Palumbis.*

*Concordi Cornix in grege semper agens.*

*Pelicanus item transfigens peccora, vitam*

*Qui pullis proprio sanguine restituit.*

**A R B O R.** stirpe ferens fructum genitalibus aruis,

*Connubium est: pulchro germine prolificum.*

*Morigerum officium misto notat ore Columbus.*

*At Turtur fidi signa pudoris habet.*

*In quo, suos pietas deplume notata palumbe est.*

*Concordes cornix signat amicitias.*

*Tum Pelicanus cor rodens, cura parentum est.*

*Qua se pronatis (quos genuere) necant.*

**D E N I Q U E** Fit capo procul apparente ταχεόγερη

*Σὺν τε δὲ ἐρχομένῳ subsequā bobus arans.*

*Isque, sit aequalis munus commune laboris.*

*Comparē augenda sollicitudo rei.*

**H A E C** est coniugij bene conuenientis imago

*Signum in legitimo connubio le thore.*

## ΤΩΝ ΛΟΓΙΚΩΝ ΔΙΑΦΟΡΑ



**I**VPPITER in medio spectabilis æthere stans est.  
 Absidet huic superum cætera turba Deum.  
 Hic contemplatur, spectant illi otia agentes.  
 Oi γε θεοι τὸ θεᾶρ ώσ δνομναζόμενοι.  
 Altera turba viam affectat (quæ lactea) cœli.  
 Indigetum sibi concilio properans.  
 Infra capripedes sublati cornua Panes  
 Suspiciunt. terris sed tamen usque manent.  
**H**oc triplex genus est, Hominū, Heroumq, Deūq.  
 Imparili qui sunt ordine dissimiles.  
 Summa quies superum est, & contemplatio. Virtus  
 Candida, semidesos ducit ad astra viros.  
 At quorum affectus rebus terrestribus hærent:  
 Hi tantum cernunt sydera: non adeunt.

## INGENIVM, ET LABOR.



**C**HIRON Naturæ cur fingitur esse biformis,  
 Anterioris Homo, posterioris Equus?  
 Contentoque arcu volucrem torquere sagittam:  
 Ardua stelligeri qua petit astra Poli?  
**A**N quia forma hominis ratio sit propria? Brutis  
 Quadrupedis, proprium fit labor officium?  
 Ut quisquis studio aut opera contendit ad alta:  
 Huic sit coniunctus cum ratione labor.

B



**P**ER medium Brasidas clypeum traectus ab hoste:  
 Quoque foret læsus ciue rogante modum.  
 Cui fidebam (inquit) penetrabilis rynbo fefellit.  
**SIC CVI** sape fides credita: proditor est.



AMORVM CONVERSIO AD  
STVDIA.



**C**V M Satyrus nympham petulans sequeretur amatam:  
Incidit in laman cæcus arundineam.

Dumq; ibi pro mersa suspiria dicit amica,  
In calamis suauem sensit inesse sonum.

Protinus ergo **V A L E** longum tunc dixit Amori  
Nymphæ: quem pepulit Musicus alter amori  
Ad calamos animum conuerdit namque canoros.  
Septenis quibus ex tibia facta fuit.

**N Y M P H A** Latens, ubi se neglectam sensit: ut œstro  
Percita per latos vacca encirrit agros.

**H A E C** ab amoribus ad studia est conuersio. cū quis  
A scorto ad libros vertitur, & calamos.

**E**st satyrus iuuenis scortator: arundo, Puella  
Flexilis in quævis (det modò dona) virum.  
Quæ fugit & latitat tunc cum se sentit amari,  
Œstro deinde velut bos citat, spreta fugit.

B̄s γν̄ ἀτιμαχελεῖ τοτ̄ ἔβα μ̄ ταῦρος ἀπ̄ ὑλας  
Ως μ̄ ἔταιρα φίλορ μ̄ φίλος λὺς οὐεται.  
**F**istula disparibus septem compacta cincis,  
Iunctas septem artes denotat inventias.

**PICTA**  
**SAPIENTIAM SEQUITVR**  
**ELOQVENTIA.**



Cū r. stat Achenarum Pallas super arce suarum?  
 Cur venit & penna præpete Mercurius?  
 Cur magicæ portas aperit molimine virgæ?  
 Et faciles aditus (quò velit ire) parat?  
 Cur sedet ante fores prohibens intrare puella?  
 Quæliuore nigro facta repente lapis?  
 An quia Socratica est sententia: in urbibus esse  
 Unde queas aliquid discere: rure nihil?  
 An quia vbireonat Sapientia: mox volat illuc  
 Facundi ille lepos Atticus eloquij?  
 Qui sophiæ referat portas. & cui venienti  
 Obstat: muta stupet, cœu lapis, inuidia;

## ASSIDVITAS PERFICIT.



**Q**uid magis est durum saxe? Quid mollius vnda?  
Durat tamen molli saxe cauantur aqua.

Πέτραρχοι λάνει ράνις ολατθ ἐνδελεχέη  
Καὶ τόνθ ἐνδελεχής πράγματα τάντα τελεῖ

B 3



MORS PERNICIOSORVM  
GRATISSIMA.



BESTIA noxia sus, quæ spes intercipit anni:  
Viua nocet tantum mortua tota iuuat.  
Ergo ubi mactatur brumali mense Decembri:  
Purpureamq; animam guttura secta vomunt:  
Vir Mulier, Pueri impexi innuptaq; Puella  
Conueniunt, gaudent, Lataq; flamma mitat.  
Dividitur corpus membratim, Otaria, Pernæ,  
Cauda, caput, xenio distribuenda nouo.  
Flatilis in partem vesica venit puerorum.  
Cætera proficuis exta parata cibis.  
SIC VBI quis perijt Epicuri de grege porcus:  
Cui Deus est venter: pro sale cui anima:  
Omnia qui viuus vertit sursum, atque deorsum:  
Congereret ventri quo malè uersa suo:  
Plauditur. Et cunctis eius gratissima mors est:  
Qui vixit cæno deditus, atque gulæ.  
Nam multi pascuntur eo, quo pinguit unus.  
Cum corpus multis unius interijt.  
Incipit et prodeesse simul, cum definit esse  
Ignarus viuens, mortuus ut ilior.



RUSTICVS urbanas dum fortè intrasset in aedes  
Dorophago portans munera causa ſidico.

Cauſidicum offendit parte(hoc eſt ore voraci)  
Sumentem lautos anteriore cibos.

Posteriore autem,clyſterem urgebat in aluum  
Pharmacopola olico pronus aqualiculo.

E Q V I D agis Patronē?(cliens huic rusticus) illi  
Cauſidicus. C A P I O P A R T E A B U T R A Q U E S I M V L.


B 4



HOMINI EX HOMINE MATE.  
RIA, EX DEO FORMA.



**CORDA** ferit telo. Deus autor amoris eodem.  
 Iunctis connubij sœdere corporibus.  
**Hinc** genitos & ali iubet à Chirone bisormi.  
 Cu irrationalis pars, animalis & est.  
**SIC** pueri ex hominum coitu nascuntur amoris.  
 Quæas vitam vegetat cum Ratione Deus.



DIVITIBVS, TEMPVS OMNE  
COMMODVM.



M A G N I F I C A medius sedet altè diues in aula:

Circumstant varij quattuor hunc famuli.

Vnus habet veris flores. Fructus gerit alter

Aristatis, cornu dinitie suppeditans.

Porrigit incalatho maturas Tertius vuas,

Multiplicem vestem deusque quartus haberet.

At stat pro foribus mendicus Homuncio: panem

In acera, gestu supplice, ueste rogans.

S C I L I C E T id signum, quod agentibus otia tñd

Comoda tempora sunt omnia diuitibus.


At contra fenum, quod mendicantibus: omni

Tempore, deficiunt omnia Pauperibus.

B 5



VER, Aestas, Autumnus, Hyems, Ha quattuor annis  
 Sunt tempestates, orbe volubilibus  
**Q**VAT T'V OR etates homo sic habet integre aui.  
 Qui puer, hinc iuuenis, mox vir, & inde senex;  
 Aeterno ut similis mundo revolutio vita  
 Nos itidem eternos arguat esse homines.



## MVLIEREM TANGERE, MALVM.



RUSTICVS algentem boreali frigore Faunum  
In sua deduxit tecta, laremq; foci.  
Montano Satyro (quem nunquam viderat) ignu  
Pulcher, & aspectu visus amabilis est.  
Viderat hic Solem: similem esse videbat & ignem  
Soli: quo quid habet Mundus amabilius?  
Ergo ratus Solem media fornace canini  
Illapsum domui, semiferus Satyrus:  
Protinus amplecti voluit, dare & oscula flammae.  
Rusticus at cohicens, hunc ita corripuit.  
Parce. nisi abstineas tibi barba cremabitur, Hirce.  
Quodq; vides pulchrum: noueris esse nocens.  
Namque videre procul iuuat: at propè tangere laedit.  
Contactu abstineas: iniuitu fruere.  
HAEC adolescentes lascivos fabula, pulchræ  
A Veneris flammis admonet abstineant.  
Pulchram etenim formā, sub qua muliebre venenū est:  
Ut vidisse placet: sic tetigisse nocet.



**CANDIDA** Cygnus avis suprema etate canora est.  
*In quam vertibomines tabula picta doces.*  
**Nam** sunt canit ie Cygni, dulciq; canore,  
*Virtute illustres, eloqui oque senes.*  
**Dulce** vetus vinum: senis est oratio dulcis.  
*Dulcior hoc ipso quod sapientior est.*  
**Où** γάπο γλώσση μελι! γλυκίωμ ρέειν άνδα  
*Κυρνεῖορ τυλίς ώσμα γέρον!*



SEQVITVR SVA POENA.  
NOCENTEM.



CONSIGIVS offensarum, animusq; suipius vltor.  
Vinit in inuita: vita cùm viuere nolic.  
Cùmque mori exoptet: sua mortis vulnera sentit.  
Nec tamen emoritur: sed fert sua tormenta secum.  
Carnificemque sui cùm seipsum sentiat: à se  
Vellet abesse quidem. Sed adeat, ac usque rotatur  
Ut miser Ixion. & se sequiturque fugitq;.





SI QVIS fæmineum tentat corrumpere sexum  
 Fæmineos mores induat, ac habitus.  
 Seposita grauitate viri, multitia sumat.  
 Imberbisq; velut fæmina, comptus eat.  
 Chromate tum fucus faciemq; manusq; colorebat,  
 Pingat & adductam purpur a rubra cutem.  
 Sic instructus, eam quam querit, vadat adortum  
 Verbaq; det mistis blandula delicijs.  
 Oscula moxiungat, nudos post oscula tactus.  
 Cætera vis fine vi dis simulata dabit.  
**I**UPITER hac stuprum simulata Diana Calisto,  
**C**LAUDIVS vxori Cæsaris, arte tulit.

SCHOLASTICA GENEROSORVM  
CORRVPTELA.



EN D E A seu a nimis fastu, cultuq; superbo,  
Quæ famulam manibus imperiosa ferit.

*Ad cuius prostrata pedes, mutatur in vrsam*  
*Virgo: cui fuerat libera forma prius.*

PICTA Magistrorum tali est eicone Tyrannis  
Quæ puerum Naturam effusat ingenuam.

*Liberiore prius fuerant ut qui indole nati*  
*Supprimat abiectos, cogat & esse feros.*



PICTA  
FONS SALMACIDOS. LIBIDO  
EFFOEMINANS.



**V**ALLIS in obscuræ finis est umbrosus spacio.  
 Atque ibi turbidulis fons lurulentus aquis.  
 Quo qui fonte lauat: calidum restinguat ut aestum  
 Quiq; paludos omergitur in latice:  
 Antea si vir erat bene masculus: exilit inde  
 Ambiguo sexu semiuir Androgynos.  
 Talem Salmacidos fontem finxere Poëtae  
 Hermaphroditus ubi fœmina, virq; fuit.  
 At rēuer a hic fons nihil est aliud, nisi cunnus.  
 Ardentis veneris suæ refrigerium,  
 Cuius in obscœna lama qui mergitur: illi  
 Firma viri virtus deperit, atque calor  
 Naturalis, & hunc effœminat vnde libido.  
 Viribus effœris. semiuirumq; facit.

## DIVOR TI V M EX I MPARI CONNVBIO.



V NDE fit ut tonitru horrendo Bombarda frequenter  
Disiliat: rupta t.m duri mole metalli?

A N quia vi nulla possunt diuersa teneri?  
Frigida cum pugnant calidis, humentia siccis,  
Mollia cum duris: sine pondere habentia pondus.  
Namque sali petræ gelido, siccoque, reponnat  
Sulphur, quod calidum est: quo pinguis liquitur humor.  
Ecquid & est grauius ferro? quid durius illo est?  
Quid contrâ leuius flammis? quid mollius illis?  
Ergo nec esse diu simul hæc contraria possunt:  
Quin mox erumpant misto cum murmure bombo.

S V C C I D A sic quoties in uenili sanguine virgo  
(Quæ leuis igniculis, quæ molli carne tenella est)  
Nupst decrepito, cui vis exucta refixie.  
Qui grauis est annis, cui nil, nisi callus, & ossa.

H E V quā difficile est lectovi teneantur eodem,  
Quin indignantes furiarum ardoribus, ira  
Ille quidem grauis, hæc ardente libidinis igni,  
Coniugium abrumpant, magno cum murmure gentiss.

C



**I**UPPITER, & IUNO certarunt, utrā voluptas  
 Sit maior, coitus fœminei, ànne maris?  
*V*trumque expertus index de lite iocosa,  
 Protulit (ut verum est) pro Iove Tiresias.  
*S*æua sed huic vtrix Iuno usum lucis ademit.  
*I*uppiter ast æquus scire futura dedit.  
**H**AEC est Iustitia diuinæ Epindæ, rependat  
 Corporis ut damnum dotibus ingenij.  
*S*ensibus externis nam qui ferè destituuntur:  
*H*is animi virtus ac rior esse solet.



## FACTA IVVENVM, CONSILIA SENVM



O felix PRINCEPS! quem circunfistit utrinque  
 Viuida vis Iuuenum, consiliumque Senum.  
 O contraria, infelix Princeps! cui armata iuuentus  
 Plus placet: extruso cum sene consilio.  
 Exemplum est Roboam, regno prinatus amito,  
 Qui senibus pulsis consuluit iuuenes.

C. 2





**F**ISTVLA dulce canit volucrē dū decipit Auceps  
 At loquitur blando dulcius ore Colax.  
**S**ic hec atophtalmon sopinit cantibus Argum  
 Blandula suauiloqui tibia Mercurij.  
**N**EMO adē vigil est cui non imponere possit  
 Dulcis adulator nomine amicitia.



PERICVLVM INTERRA, PEG  
RICVLVM IN MARI. vel  
NVSQVAM A MALIS TVTVM.



PER MARE fertur equis Pirata in naue marinis:  
Bellua in orbe quibus nulla nocentior est.  
In terram prædo sua monstrâ trifurcifer vrget  
Virginis ad raptum, quæ fugiens fit avis.  
Nam Dea de cœlo spectans, miseransq; Minerua  
Perfugium volucrem tollit in aërium.

HEV quid id est? Terra, atque mari violēt amalorū  
Vis furit, innocui raptibus expositi!  
Nulla salus: nisi summa Dei sapientia mutet:  
Faxit & ad summos usque volare polos

C 3





**A**MBVST OS apud Aethiopas, calidāque Syenen,  
 Torrida qua tropico terra sub orbe iacet:  
 Cum super umbilicum media sol parte diei  
     Constitit, etiū tempore solsticij:  
 Efficit hic nullas tunc sol altissimas umbras.  
     Lumine nam corpus circuit omne suo.  
 Quæ prius et rerum nigra spectabatur imago:  
     Euanescit, et hæc iam patet esse nihil.  
**S**IC ubi THESS ἀρετΗΣ φῶς λάμπορ, τΗΣ τὲ σφίας  
     Vir clarus, summi luminis exoritur:  
 Esse videbuntur qui non nihil, euanescunt.  
     Et nulli fiunt: qui fuerant aliqui.  
**O**ΙΘΗ τέπνυται: τὸ δὲ σκίας ἀλαγοι  
     Τὸς λοιπὸς ἀπολέ: οὐ μόνΟτε έξι σοφος;



**Q**VID sibi vult hasta quod cum virtute vibrata  
Inuidiae referat Dina Minervia fores?  
**A**N quia nulla sine est odij sapientia zelo?  
Liuorique aperit gloria digna viam?

C 4





EN MULTI FORMIVM ferarum cūm gregem.  
Lector, vides: rixantum inaniter simul  
Tu m' vocibus, tūm dentibus, tūm calcibus.  
Elephantā nempe, maximā in orbis belluam,  
Contra Drāconem, qui venenosissimus.  
Stolidum Camelū, & versipellem Pardalin,  
Equum ferocem, cornibus Taurum trucem.  
Et maximē Ceratinūm Tragelaphum.  
Necnon Chimerā, quæ triformis bestia,  
Leonis ore, (quo superbius quid est?)  
Salacis Hirci ventre, sed cauda aspidis.

VIDERE te pura, simul nugantium  
Turbam Sophistarum ferocem, & barbaram,  
Grandissimarum bestiarum sub polo.  
Qui de Chimera, Tragelapho que disputant.  
His nempe de nugalibus, que sunt nihil.  
Vel in utilia communis ad vita statum.  
Tamen supercilio grani, & clamoribus  
Magnis, frequenter & pugnae furoribus.

## EX DOMINO SERVVS.



CORNIBVS in ceruum mutatum A Et aona sumptis  
Membratim proprij diripuere canes.  
N A E miser est Dominus, Parasitos quisquis edaces  
Pascit: adulantum præda parata canum!  
Se quibus irridendum suggestit, & comedendum.  
Sernus & ex dominocorni ger efficitur.

C 5



PICTA  
NIHIL IN AVSPICATO  
AD GREDIENDVM.



**H**EPTAPYLAS Cadmus statuens iam cōdere Thebas:  
Consulit ora clinūmen A pollinei.  
Responsoque dato, sequitur (quæ prævia facta est  
Sponte) bouem: inqñé solo, quo stetit, edificat  
Nāmque autore Deo, duce Natura, fuit index  
Buccula, præstantis fertilitate soli.  
**H**VIVS ad exemplum, si suscipiatur agendum  
QVOD FOELIX, FAVSTVM, PER PET VVM QVE SIET.  
Sit Deus autor ad id: Naturāque libera Dux fit,  
Quæ constat Stoicis esse Pronœa Dei.

EX METV RELIGIC, vel  
VEXATIO DAT INTELLECTVM.



DILUVIO... (vt cernis) totū stagnāte per orbem,  
Sunt duo in excelsis montibus in columnes.

Numina qui Diuinū sacras venerantur ad aras,  
Effundentque pias ore tremente preces.

ARGYIT hoc, homines demum meminisse Deorum:  
Aduersis metuunt cūm mala temporibus,  
Cīnque pericla vident: fieri runc Religiosos  
Cen timor efficiat solus in orbe Deos.





**H**AEC Quid caruleo sub peplo signat Amazon:  
 Quarsum simulans ringitur ore truci?  
 In manibus cuius gladium prætendit oliua.  
 Tranquillo pro oleo defluit vnde liquor?  
**S**IC pingenda venit mundanae pacis imago,  
 Qua si Etis reparat bella sub indujs.





**A**RS GEMINA est belli vel vi, vel fraude gerendi:  
Vi victore hostis victus ab hoste cadat.  
Tecta quasi vulpis frans. vis quasi aperta Leonis,  
SIT DOLVS AN VIRTUS sed quis in hoste roget?  
Ergo Aquilæ valeant, Lupi, & Vrsi. Minotauri  
Vexillis. VULPES & LEO signa sient.

AMORI CVM PRUDENTIA  
NON CONVENIT.




FORTE pharetratus pharetratum Phœbus amorem  
 Riserat: ac arcus tela Cupidinei.  
 Ostentansque suas, vieto Pythonis, sagittas:  
 Spreuerat imbellis, qua gerit arma, puer.  
 Vindictam indignatus Amor molitur. Gauri  
 Cuspide cor Phœbi figit amorifica.  
 Contra, odij Daphne refugi dat vulnus amatae  
 Telo, cui hebeti plumbea cuspis erat.

Ille amans



Ille amat, hæc odit, fugit hæc: sectatur at ille  
 Dūmque fugit: Laurus facta repente stetit.  
 Sic amat, & frustra nec Apollo potitus amore est.  
 Vt Iulus Apollinis est, sic Amor opprobrium.  
**H**AECINE doctorum fors est inimica virorum,  
 Vt iuuenes quamuis non redamentur ament?  
 Exosque habeat prudentes stulta iuuentus  
 His ne iungatur Stipes vt esse velit.



## ΦΙΛΑΥΤΙΑ.



**N**ARCIS SVS liquidis formam speculatus in undis,  
Contemnens alios, arsit amore sui.

**T**abuit: & sensim venienti in membra stupore:  
Ipse sui factus flos Hiacynthus amans.

**H**INC fugite (ð iuuenes) fons iste Philautia seipsum  
Stultus ubi (cùm se non bene norit) amat.



## SINE IVSTIA, CONFUSIO.



SI TERRAE Cœlum semisceat: & mare cœlo.  
 Sol Erebo. Tenebris lumina, Terra Polo.  
 Quattuor & Mundi nixtim primordia pugnant.  
 Arida cum fiscis, algida cum calidis.  
 In Chaos antiquum omnia denique confundantur:  
 Ut cum ignotus adhuc mens Deus orbis erat.  
 Est Mundanarum talis confusio rerum.  
 Quo Regina latet Tempore Iustitia:

D





*NASCITVR ut solida frondosus ab arbore ramis,  
 Quam virgo impacti roboris intus alit.  
 Sublimi & pulchros fundens cum palmite fructus;  
 In spacium se effert arduus aerium.  
 Sic pulchram exurgens ostentat foemina prolem  
 Terrigenae è costis facta virago viri.  
 Et sterilem fœcunda facit de prole parentem  
 Stante tamen vitam robore cuius habet.  
 Partibus aduersis sed constat uterque duabus.  
 Iuncta & hypostasis est corporis, ac animi.  
 Ignitus est animis vigor, & cœlestis origo:  
 Corpora de terra sunt generata luto.  
 Hinc & corpus humi firmis radicibus haret.  
 Ad cœlum adspirat spiritus Empyreum!*

## NOX HABET CONSILIVM.



**E**R V A T ipse oculos sibi clarissi. ut videat quis:

*Desipiet. Fecit Democritus sapiens.*

**D**emocritus Sapiens Medico vel iudice Coo.

*Caca die cui adstat Noctua nocte videns.*

**A**DMONET hoc magnis quod postea rebus agēdis

*Nox habet arcuum promida consilium.*

D 2





**E**XERCITVS fusos sequuntur vultures,  
*Cornui loquaces, garrulae Corniculae,*  
*Escam iacentum odorantes cadauerum,*  
*Ac morsibus conuellicant suis viros*  
*Virtutibus sortissimos, sed mortuos.*  
*Vniis quibus nihil nocere fas erat.*  
*Ac splendidos primū petunt hominum oculos,*  
**T**ALES aues in auspiciatae, denotant  
*Clandestinos hostes, hiantes funeri.*  
*Qui quos timebant: cùm forent superstites:*  
*His mortuis c alumniosè detrahunt.*  
*Conuicijs, iniurijsq; maledicis.*  
*Tollunt & in primis honorum lumina.*

P O E S I S .  
N O X I A C O P V L A T I O .



E N E C A T amplexu serpens hedera arboris altæ  
Quo sustinetur stipitem.

S I C & amica procax hedera formosior alba,  
Lentis adherens brachijs:  
Quem semel amplexa est: lascino occidit amore  
Suggens opes, & sanguinem.

D 3





**I**NDOCILE ingentium si pergas velle docere:  
 Infelix operam perdas, ut si quis asellum.  
 In campum doceat puerentem currere freno.  
 Qui cum quadrupedum in morem videatur equorum  
 Tollere posse caput: gressus gloriarare superbos:  
 Hunc tamen aut frenis, aut si calcariibus virges:  
 Auriculas demittit iniqua mentis asellus  
 In terram, & pedibus posticis calcitrat. Ergo  
 Define. Nam nunquam Ars Naturam vincet. Equusq;  
 Nunquam ex degeneri fiet generosus asello.  
 Et nunquam ex stolido cordatus fiet, ab arte.

## EX MAXIMO MINIMVM.



*HAE Sunt Reliquiae Sacrarij, in quo  
 Fertur viua Dei fuisse imago.  
 Hac est illius, & domus ruina,  
 In qua olim Ratio tenebat arcem.  
 At nunc horribilis figura Mortis.  
 Ventosum caput, haud habens cerebrum.*

D 4



**PICTA**  
**NATVRA OPTIMA DVX**  
**SEQ VENDA,**



**SAXOSI** montes fidunt grauitate d'orsum  
 Quos Natura suprà scandere posse vetat.  
 Attamen hos super impositos struxisse Gigantas.  
 In cœlumque viam vi petuisse ferunt.  
 Ut raperent superum regnum cœlestis Deorum,  
 Qui varia in forma corripiere fugam.  
**E C Q Y I D** id est aliud, quām quos Natura vel ipsa  
 Dictat ab effectis, velle negare Deos?  
 Et contra genium sese obfirmare potentem,  
 Qui fugiens varijs ludit imaginibus.  
**O PTIMA** Dux rerum semper Natura sequenda.  
 Quaratione animis dictat honesta bonis.  
 Namque reluctari Naturæ, est more Gigantum  
 Bellare: & temerè wpsδ θεοψ ατιμαχεῖν.



TALE Gigantæum legitur genus: ut nihil altum  
Cogitet at spernat, vel neget esse Deum;  
Et tantum quantum sensu exteriore mouetur:  
Commodat ad præsens se, vel ad id quod adest.  
Hoc genus Anguipedum. Mythici finxere Poëtæ.  
Quorum affectus humili (segnis ad alta) reparat.

D 5



## MVLIER UMBRA VIRI.




**V**MBLRA suum corpus radianti in lumine solis  
Cùm sequitur refugit: cùm fugit insequitor.  
**S**IC sunt Naturæ tales muliebris Amores  
Optet amans, nolunt: non velit, vltro volunt.



**P**HOEBVM virgo fugit Daphne innolata sequentem.  
Echo



ECHO Narcissum dum fugit insequitur.  
ERGO voluntati plerumque aduersare pugnans  
Fæmina jure sibi dicitur umbra viri.



STVLTORVM QVANTO STA-  
TVS SVBLIMIOR: TANTO  
MANIFESTIOR TVR.  
PITVDO.



**A**D FORMAM, gestumq; hominis quadam tenus usq;  
Simius accedit: dum sedet aptus humi.

**A**ltius at quanto se effert: tanto magis ipse  
Apparet culo Simius esse glabro.

**S**IC & personati homines, quos gloria tollit,  
Quo magis alta petunt: sunt mager ridiculi.  
**S**ic & Brutus homo, qui se maiora capebat:  
Ridiculus proprio proditur indicio.

## ΑΕΚΤΡΥΟΜΑΞΙΑ.



IN VOLVCRES aquilas, in vulturiōs uer apaces,  
 Diuersa aut alias conditionis aues.  
 Cristari nunquam committunt prælia galli,  
 Pro præda, aut generis nobilitate sui.  
 At pro Gallinis victoria amore salaces  
     In Gallos Galli bella cruentam mouent.  
 In genus atque suum sunt aires. cæteram molles.  
 SOLO vtinam similes nomine, Gens, & auis:



INDVLGENTIA PARENTVM  
LIBERIS NOXIA.



**P**LANT VLA qua veteri de stirpe sub arboris umbra  
Pullulat: haud temere ad frugem procer a ferendam  
Peruenit: ast imis humiliis radicibus haret.

*Sic puer umbrosa patris nutritus in æde,  
Inq̄ sinu matris, vix unquam se arduus effert.*

*Vix unquam frugi est. Ad claros crescere honores  
Auertens lucem quem non finit umbra parentum.*

*Sed sedet usque domi ignauus, producere fructus  
Qui poterat latos, alium translatus in orbem.*

**N**AM Q VE altæ frondes, & rami matris opacant,  
Crescenti q̄ adimunt fætus: vrunt q̄ ferentem.

**V**T necat ergo suos arbos umbrosa stolones.  
Blanda Patrum segnes facit indulgentia natos.  
Mollior & matrum nutritio, frangit alumnos.

EX SORDIDIS PARENTIBVS,  
HONESTI LIBERI.



*INTEGER, & bellus puer hic est natus, utrinq;  
Ex patre Centauro, matreq; subitus Equa.*

*BARBARICIS istud plerumq; parentibus ortos  
Ingenio pueros indicat ingenio.*





**O Q V A M** hæc porta fuit meritò scelerata vocata:  
 Quæ tantum admisit per sua claustra nephas!  
*Iret in amplexus ut amai Tullia Prisci,*  
 Per patris occisi corpus adegit equos.  
*Oderat ánne patrem? Non. sed Tarquinium amabat.*  
 Iste libidinis est: is pietatis amor.  
*Cumq; duo affectus traherent hinc inde potentes.*  
 Corpora præposuit viua cadaveribus.  
*Hunc memor esse virum, ast illum oblita esse parentem:*  
 Est malus ergo pūr victor Amoris Amor.  
*Hemquis Amor? calcare patrem? sectari alienum?*  
 Non Amor est certe. Sed furor, & rabies.



COPIA opum, rerum Ignorantia, stulta Iuuentus  
Illusis animum sensibus exoculant.

SIC UT bonos, virtusque minus, plus pulchra voluptas  
Complaceat. Docet hoc indicium Paridis.

Iunoni Venerem qui prætulit: atque Mincruæ  
Filius ut Regis, Rusticus, & Iuvents.

E



PICTA  
EMENTITA SPVRIORVM  
NOBILITAS.



FILIUS es Solis. Puer de patre roganti,  
Conscia respondit mater adulterij.  
Næ verum dixit quod possit adultera quævis.  
Dicere namque hominē Sol, & Homo generā,  
SIC referunt Proceres ad patres: nomine natos  
Hæ quæ ementito nobilitare volunt.





PER catulos iactos Tigri pernicemorata,  
     Ad mare venator callidus usque fugit.  
 Oeten cum fugeret, queretur Iasona Colchis:  
     Est se insectantem sic remor at a patrem.  
 Absyrtum fratrem puerum laniavit: & eius  
     Membra per oppositum tabida sparsum iter.  
 Patre pio ut filii sparsos dum colligit artus:  
     Impia tardato filia profugeret.  
 FABVLA quid sibi vult? Nimirum quod mala sape  
     Vlcisci pietas crimina non patitur.

E 2





CVM differendo quispiam  
 Sic fallit: ut verbis cum  
 Contrarijs oratio  
 Sua ipsius redarguat.  
 Tunc yrget aduersarius  
 Battologiam mendacij  
 Ad usque metam non loqui  
 (Vulgo in scholis ut dicitur)  
 AN non id est conuertere  
 Victimum virum in saxum silens?  
 SIT. ERGO CONSTANS VERITAS.



PASTOR utramque Lupi securus dormit in aurore,  
Cum vigiles onibus sencit adesse canes.  
DVLCIA sic Princeps posuit agit otia curis,  
Cum fidos populo præposuit Satrapas.

E 3





*MAGNORVM in orbe Principum  
 Næ magna maiestas, Deum  
 Accedit ad potentiam!  
 Quorum in manu mors, aut salus.  
 Nam verbulo, vel nutibus  
 Quod imperant: fit illoco.*

*EN Rex homo throno sedet.  
 Armata circumstat cohors.  
 Homo sed alter supplicans  
 Adebat præbens, qui suæ  
 Vitæ, necisue pendulam  
 Procumbit ad sententiam.*

*O QVANTVM HOMO FRAEST AT HOMINI!  
 O veritas proverbi!  
 Arþƿan ƿ arþƿon 8 8eðs*

## ΑΥΓΑΝΘΩΠΙΑ.



**T**YRANNICI Satellites,  
 Qui seruiunt libidini,  
 Necnon alendo luxui  
 Tyranni agentis otia,  
 Vorantisque gentem suam  
 In regia protervia.  
 Et qui ministrant somitem  
 Libidinis pecuniam.  
 Dolo, rapinis, cædibus,  
 Et opprimendo subditos  
 Innoxios, & simplices,  
 Oves velut deglubiles.  
**N**AE illi rapaces sunt Lupi?  
 Crudeliores vel lupis!  
**O** QVANTVM HOMO NOGET HOMINI!  
 O veritas prouerbij.  
Ἄνθρωπος αὐτὸν τι λέγει;

MUTARI humanam quis credat posse figuram?  
 Atque homines factos esse repente Lupos?  
 An ne Lupi fiunt: quēis facta protervia? quorum  
 Res periret. fisci cuncta vorante gula?  
 Quōsque fame errantes in sylvas cogit egestas  
 Raptō viuentes, atque latrociniō.  
 Quīque viatores, vt oves, grāffando irucidant  
 Arθρωπος ἀρθρώπως κακὸς εἰς λύκον.

Palimbac  
chius, pro  
Dactylo.  
ad prouer  
bij cum  
versu cō-  
plexio-  
nem.



IMPOTENTIS VINDICTAE  
FOEMINA.



DILANIAT Tigris rabiosam Hyrcan a seipsum.

Et lacerat carnis propria membra sua.

In quemuis alium quoties sauire negatum est.

Impatiens ira tanta furit ralies.

SIC MEDEA suos, Progne sic impia natos

Occidere: quia non potuere patres.

Illa duos pueros, jugulavit ad ora parentis:

Hac in dira patris præandia coxit Ithom.

O SEXVS cupiens vindictæ, at viribus impos,

Hyrcana mulier Tigride saua magis!

E 5



**C**RVDELES homines humano sanguine fusos  
 Phthelia sic certum est interisse putri  
 Exemplum Herodes, & felix Sylla, perempti  
 Corpore per cunctos vermiculante poros.  
 Ut qui multorum cor expluere cruore:  
 Cor, yos à multis sanguigenis pereant.



## MAGNVS LABOR CASSVS.



*EXERCET partes pilæ sphaerica corporis omnes,*

*Ora, manus, oculos, brachia, crura, pedes.*

*Quique pilæ ludit: motus incompositos dat,*

*Corporis affectus concipit & varios.*

*Nam modò lœtitia gestit: modò rumpitur ira.*

*Flet, ridet, dubium spesque metusque te rent;*

*Denique non agit, at satagit conamine multa.*

*Idque pilam circa rem minimi precij.*

*Scilicet ex membris tanto sudore solutis,*

*Vt nullum existens inde super fit opus.*

**SIC** faciunt (diter quam vult Prudentia) quidant

*Difficiles operas rebus inutilibus.*





**C**VM IOVE pro votis Semele est congressa rogatis  
Maiestate tonans qua solet esse Deus.  
**N**on tulit aetherios corpus mortale, tumultus.  
Et periret votis ambitiosa fuis.

**C**ONGRESSVS mouet id fugiendos esse potentum:  
Qui tandem perdunt: quos sibi consociant.  
**E**rgo potestatis fugito confortia magna,  
Téque (alicui si vis iungere) iunge pari.



## A MATRIMONIO ABSIT SVSPICIO.



**Z**ELO TYP O vxorē Cephalo pulcherrima Procrin  
Suspectam facies fecit adulterij.

**Z**ELO TYP AE vxori Cephalus suspectus adulter:  
Auræ sāpe vocant lene refrigerium.

Hicque fidem vxoris pertentans munere, sensit  
Venalem donis esse pudicitiam.

Et dum quæreret id, quod non reperiire polebat:  
Perdidit vxorem per nemora alta vagam.

Illa virum obseruans, dum post carecta lateret:  
Quod dederat telo concidit icta suo.

Hic ratus esse feram tor fit telum, illa recepit.  
Hos habuit fines suspicioſus Amor.

Ergo quod à Caio perhibetur Cæſare dictum:  
Eſto legitimi lex rata connubij.

**C**ONIVGIVM FOELIX inquit NON CRIMINE SOLVM;  
CRIMINIS AST ETIAM SVSPICIONE VACET.



PLVRIBVS armatis obſiſtat vt vnuſ: inermis  
 Quantum uis prafans robore. Quis potis eſt?  
 Ergo m.uis dat captiuus quaſi ſponte ligandas.  
 Liberi & ex hominis conditione cadit.  
 Semibomboque caput fit libertate minutum.  
 An non hoc ſatiuſ quām male in alle moriſ?  
 SIC cūm ſtultorum numero ſententia vincit  
 Cedatur, ſolum nec iuuet eſſe Sopbon.  
 Αλλα κερισχυρὶς αὐτὸς δένεα τοτμὸρ ἐπισποι  
 Εἰς αὐτίμαχον εἰς πλεόνεαγι μεόν  
 Αὐτοῖς καὶ πλεόνεαγι μαχήσασθι τερὶ γνωμάτις,  
 Οὐς τερὶ τοῖς πολεμοῖς εἴ̄ γὰρ ἀργαλέον.



INTERMINABILIS HUMANA  
VITAE LABOR.



**SISYPHO** Aeoliden vates apud infera regna  
Damnum tali suppicio esse ferunt.

Vrgat vi celsam in rupem renolubile saxum.  
Quod ruit in præcepis vix bene compositum;  
Tollere rursus idem ruiturum cogitur: & sic  
Scandens, descendens, irrequietus agit.

**SISYPHVS** is mortalis homo est: renolubile saxum  
Aeternum durans durus adusque labor.

Quidam natus homo miser est apud infera regna,  
Insima enim terra quid iacet inferius?  
Tollere qui cassos noctesque, diesque labores  
Cogitur: assiduas itque redditque vices.  
Vespere dumque putat finem imposuisse laboris:  
Incipiendum iterum mane recurrit opus.





**D**APS ILIS ad mensas animalia cuncta vocarat  
 E terra, atque mari Iuppiter eximias.  
**C**uncta simul venere. epulo Testudo secundo  
 Venit eamque morae Iuppiter increpuit.  
**Q**uarenti cassas, ΟΙΚΟΣ ΦΙΛΟΣ ΟΙΚΟΣ ΑΡΙΣΤΟΣ  
 (Φησι) Ἐμόίων βέλτιον τεσσαράκοντα.  
**T**ardior adam cochleam domi portam, sanguine cassam.  
 Ex illa edixit Iuppiter esse die,  
**A**DMONET hoc seclanda gradus conuinia tardo,  
 Atque domo propria dulcius esse nihil.  
**P**λαγχήσουσίς δέ τοι εἰς την πανώτερον ἄλλο βροτοῖσιν  
 Οικού τροφήγιον δέ ασφαλὲς εἶναι φίλοι.

PRINCEPS IVSTITIAE AD-  
VIGILANS.




SCEPTRVM oculo superimposito gestabat Oſiris  
Rex Pharini: quo non iuſtior alter erat.

Sceptrum iuſtitiae eſt index, oculus nota ſacra  
Mentis, qua nūquām non agit, & vigilat.

REGIBVS exemplū p̄ebeus (quod munus eorū eſt)  
Iuſtitiam ut vigili diſtribuant anima.

F



INVIDIOSVM QVAM MISERVUM  
ESSE PRAESTAT.



S P L E N D I D A sine queat laus, aut fortuna parari  
*Inuidiae sine latratu morsuq; canino:*  
*Inuidiae potius subeunda pericula tristis*  
*Quām miser e vita. S C Y L L A M ergo finxit Homerus*  
*Candid.i succinctam latrantibus inguina monstros*  
*Dulichias vexasse rates: & gurgite vasto*  
*Ab miseros nantas canibus lacerasse marinis.*  
*Quod minus esse malum quā nigrā intrare Charybdi*  
*Vortice mergenti, sic filia Solis Ulyssi*

Dixit.

Dixit. Μὴ σύγε καῖθι τύχης ὅτε βούβολόσαιεν  
 Όυ καὶ γέρουσιτο σ' ὑπὲ ἐκ παντὸς δύο Ενοσίχθωμ  
 Αλλὰ μάλα Σκύλλης σκοπελω τεπλημένος Θάνατο  
 Νῦν ταρεξελασσεν. ἐπειδὴ τολὺ φέρτερον ἔγινε  
 Έξ ετάρρες ἐμὲ νηὶ τοτί μηνι: οὐδὲν τάντας.

INVIDIA obiectans monstros est Scylla caninis.  
 Funditus at mergens Paupertas: vasta Charybdis.  
 Incidat in Scyllam qui vult vitare Charybdis.  
 Allatrat liuor mordax. absorbet egestas  
 Ex vitroque malo minus elige. Qui sapit: optat  
 Inuidiosus enim magis quam miscrabilis esse.

F 2





Ex FVLICE, Antiquo Poëta. HERMAPHRODITVS  
CVM meame genitrix grauida gestare in aluo:  
Quid parceret:fertur consuluisse Deos.  
Mars est (Phœbus ait) Mars, Fœmina. Iunoq; neutrū.  
Cumque forem natus Hermaphroditus eram.  
Querenti leibum. Sic Iuno ait. Occidet armis.  
Mars cruce; Phœbus aquis. Sors rata quaq; fuit.  
Arbor obumbrat aquas, ascendo: decidit ensis  
Quem tuleram. casu labor & ipse super.  
Pes hæsit ramis. caput incidit amne, tuliq;  
Fœmina, Vir, Neutrū, Flumina, Tela, Crucē.  
Gracum

GRÆCVM SIC EXPRESSIT  
POLITIANVS.

ἘγκυΘ ὅσα γιών τέκεΘ τερὶ Φοῖβομ, Ἀρῆα  
Ἡρῆ τὸς ἀματρεῖς ἐξερέεινε δεῖς  
Ἀρσενα Φοῖβο, Ἀρης θηλὺν φάτο, καὶ σύδετερου δὲ  
Ἡρη. τάνδ' υγιῶς ἀνθρόγυωΘ γέ ἐφυ.  
Εἰρομμένης δὲ μέρομ. ΜόροΘ ἐι ξίφοΘ ἐχραεμηρη  
ΣτᾶροΘ Ἀρης, ΦοῖβοΘ κύματα. τάντα ἀπεβη.  
Δένθρω ἐφειζήκει: τέσε δ' οἱ ξίφοΘ, μντὸσ' ἐπ' αυτῷ.  
Ἡρη ἀπ' ἀκρεμόνωμ. Θάντε γῆρυθηλὺς τέ, καὶ ἀρρήμ  
Κ' σύδετερου γάρ, κύμασι, καὶ ξίφέει.

F 3





**SOLA QVI ES** tenebrae, nox, sollicitudo, paucores.  
 Per mala conturbant somnia Maniacos  
 Terribili spectrum videantur ut ore videre  
 Triste Melancholicis quod sit imaginibus  
 Sic vidi se suum Brutus cacodemona dixit.  
 Quem presumptum animo fixerat ipse sibi.  
 Credimus? An ne paucens hi qui sibi somnia singunt  
 Obuersatur atrox Mortis Imago quibus?  
 Ergo toro surgens, somnum, tenebrasq; perosus  
 Aeternum ad somnum fugit, & ad tenebras.  
 Incubuit gladio moriens, ut ne moreretur.  
 Quid poterat gladio peius ab hoste pati?  
 Sed male conscientis, & sanguis Cæsarianis,  
 Vlricem urgebant in sua fatalmanum.  
 At securus agit cui mens est conscientia recti.  
 Vananec umbrarum spectra videre putat.

## CYRIOSITAS MVLIEBRIS.



PALLADA quod puduit: clausum inspexere ministri.  
Quid foemini est curiosius malis?

F 4





**I**N COITV occidit proprios de nocte marius  
 Nat arum Danai perfida progenies.  
**C**rimen ob hoc haurit pertusis flumina vas.  
Quæ nunquā expleri quod fluat vnde a) queūt:  
**P**ERTVS V M Meretrix vas est, rimisq; fabiscens  
 Perfluit hāc illāc, continet atque nihil  
 Seu spectes animum, seu corpus. perfluit omni  
 Parte, nec arcanum, nec vñerem retinet.  
**A**dde quōd expleri vas insatiabtle, vulua  
 Semper hians nequeat. sed nec auaritia  
**E**rgo virum in coitu nocturno, (vñ fabula signat)  
 Si qua libidinis est insatiata, necat.  
**S**emper, & exhaerit futili vas ore: nec implet.  
 Ipsaq; vas portari ipsaq; vas simul est.  
**P**roinde velut meretrix in agro libidinis ista  
 Insatiabilis est, sic & Avaricia.

ANIMA IBI ANIMAT, VBI  
AMAT.

DEMOPHOON ventis cùm vela, & verba dedisser,  
 Stabat arenosolitore Phyllis amans.  
 Nauem ranta sequens oculis, & brachia tendens  
     Huc: ubi iam fugiens spiritus eius erat.  
 Spiritus, ac anima, hic animans vbi Phyllis amabat.  
     Corpus & vt vitam, vita secuta animam.  
 Quid mirum perijt si postea Phyllis amore?  
     Exanimum corpus vivere non poterat.

F 5





MITTE arcana Dei cœlumq; inquire quid sit.  
 Nec sapias plusquam debet homo sapere.  
*Caucaso vincitus monet hoc in rupe Prometheus*  
*Scrutator cœli, fur & in igne Iouis.*  
*Cui cor edax Aquila in rediniuo vulnere rodit:*  
*Materia pœnis sufficiente suis.*  
 Ή δὲ τρομενθέας οὐδὲναι κέαρ εὐτερούς ἐνδον  
 Καρδιοβρόσους οὐκος αετούς εῖτιν αχούς.



## PERVÉRSA IUDICIA



IUDICE sub Tmolō concertaūre canentes  
 Pan Paffor calamis, Cantor Apollo. lyra.  
 Et prolatā Mida fertur sententia, suani  
 Stridula cui melior tibia acensa cheli.  
 Ob quod tam absurdum indignatus arresto Apollo.  
 Illi Afini longas indidit auriculas.  
 Auriculas Afini satius Rex notus ut esset.  
 Dignastām stolidi iudicio capitis.  
 SVNT quibus eloquio sapientia, sequentia vana  
 Plus placet: & vero simplice eualevit.  
 O vtinam insignes afinibus auribus essent.  
 Ut posset fatuos noscere quisque Midas.  
 Dicere quos merito, licet inuersos Apulcios,  
 Nam facie humana, cetera sunt Afini.



**G**NOSIA PASIPHÆ tauro ut frueretur amato  
 Factoris arte Dædali.  
 Dicitur in vacca sese assimilasse figuram  
 Inclusa fabrili bove.  
 Fabula credibili sed re.nam Pasiphæ ipsa  
 Domo latens adultera,  
 Taurus adulter erat, quem admisit non alienum  
 Secuta taurum, sed torum.  
 In quam non etenim se vertit fœmina formam,  
 Ut expletat libidinem?  
 Meßalina Lupæ titulum mentita Lyciscæ  
 Augusta Lais prostituit.

## VNIVS DEI AETERNITAS.



IN N V M E R A B I L I V M seclorum millia fertur

Viuere Arabs Phœnix vnicus semper anis.

Ex se ipsa nascens, ex se reparabilis ales.

*Quæ exoriens moritur: quæ moriens oritur.*

Nam dum deficiens solis se torruit igni:

Nascitur è flammis mox rediuita suis.

C R E D I M V S? An vanū reputamus quod peregrina

Dicere libertas audet in historia?

C R E D I M V S. Et certè est volucris sub imagine, viues


Aeternum Phœnix vnicus ipse Deus.

As principium capiens resolutus & inse.

Semper & exoriens luminis igne sui.



**V**NVS pro multis dandum caput: atque salutem  
 Multorum in fatis unius esse viri  
 Fratribus occisis ostendit Horatius. unus  
 Tergeminos fratres vincere qui potuit.  
 Cuius protota unius victoria gente,  
 Romano Albanum subdidit imperio.  
 Exemplumq; dedit cæsalachrymantे sorore:  
 Quām diuersus amor sanguinis, & patriæ.





**A D F R U C T U S .** palma veniunt puer unus, & alter.

Hic suprà ascendit, pronus at ille iacet.

Is qui ad radices de sperans substitit imas

Præstat opem erecto, supeditijq; vicein.

Qui vero ascendit: fructus decerpit: & ex ijs

Lægitur socio: particepsq; facit.

**C E R T A M E N** studi, & doctrinae gloria, Palma est

Ad quam contendunt ingenui pueri.

Quorum alii pueri victi in certamine tollunt.

Victores: & ijs corpora subiiciunt.

Quem tamen excerptos prudentie ab arbore fructus

Dant imperitos, consilioq; iuvant.

**N O N** omnes quicunque student: profectibus aquis

Ad frangem veniunt. deficit at bona pars.

Qui nitentur enim ad summum: illis. diu siunt:

Quiccirca excordes insimil substiterint.



*A SPICE mutatos Delphinum in corpora nautas  
 In rite pampineis frondibus implicita.  
 Quam tremor at aīn alij remis, ac arte gubernant,  
 Præcipites alij sub vada cæca natant  
 Est in puppe Deus. quem supplex unus adorat:  
 Diffugiunt varia transtra per alta seræ.*  
*OPTIMA signatur Res publica imagine tali:  
 Turbida quam circum multa negoti. i stant.  
 Namq; Deum in summo residentem Ecclesia placat.  
 At procere, urbem pror.atione regunt.  
 Esse φιλανθρωπος quos (vt Delphinas) oportet.  
 Ut genus & ciues prorsus amare suum.  
 Nec per magna e.ian dubitare pericula mergi;  
 Ut res publica sit libera servitio.  
 Sic & amatores hominum, latræq; Deorum  
 Verbi cùm fuerint: nulla tyrannis erit.*

## NON NOBIS NATI.



MEL Homo cum cærarapit ex alucaribus ipfis  
In disco longi fertq; laboris opus.  
Mel homini, cærámque Dijs alucaria singunt.

Sic vos non vobis —

Non sibi sed domino serit, & metit aruacolonus.

Sic vos non vobis —

Non sibi, sed domino premit vstā vinitor vitam.

Sic vos non vobis —

Non sibi, sed domino carpit sator arbore fructus.

Sic vos non vobis —

Non sibi patronus, sed nouit iura clienti.

Sic vos non vobis —

G Non sibi, sed Regi

Mellificatis apes.

**N**on sibi, sed R̄egi miles gerit arma: tamen si

Occidit in bellis: occidit ipse sibi.

**N**ec sibi (cūm superat) vincit. pro principe vincit.

Sic vos non vobis

**N**on sibi pr̄escribunt Medici sumēda, sed agris:

Sic vos non vobis

**N**on sibi, sed populo cantant sua carmina vates.

Sic vos non vobis

**N**on sibi docti homines scribunt, sed posteritati.

Sic vos non vobis

**N**on sibi, sed cunctis opifex sua in arte laborat.

Sic vos non vobis

**A**d nullos minus, ac autores peruenit acti

Fructus, viuit, agit denique nemo sibi.



## SVMPTVS, &amp; QVAESTVS.



TEMPORE que gignit foetus, at lactat eodem  
 Bestia prolis amans, est Lepus Aμφιγένης  
 Dūmque superfœtat: parit, & coit, ac alit vnde,  
 Nec patitur vatum seminis esse uterum.

EXEMPLVM, qui rem profundit, vt augeat idē.  
 Dum facit & sumptus, sit quoque lucra paret.  
 Nec penitus loculos vñquam patiatur inanes,  
 Sed quæstu expensas vberiore leuet.

C 2





**F**RVGIS PERDA *Salix, cui dat circumfluis hum  
Nutrimen, calanos inter arundinos.*

**F**ILIVS est cui patris opes alimenta ministrant,  
*Vt fluat in molles vndeque delicias.*

*Inter adulantum pulchras specie, sed inanes  
Turbatis, blanditiae flexilis & Coracas.*

*Aetatis cum flore suæ qui semina perdens  
Virtutum null.. postea fruge valet.*



## DEFLORATIO.



CVM VENVS alma Rosam in spinetocarperet albā:  
*Læsit acuta Deam vulnere spina leui.*  
 Sanguis & exiliit, quo mox Rosa tincta, colorem  
*Traxit (quaē fuerat candida) purpureum.*  
 SIC VENVS etatis florem cūm excerpit, in alba  
*Virgine sit punc̄tim plaga, sruorque fluit.*  
 Quæq; prius medio Rosa candida floruit horto:  
*Panditur explicitis suane rubens folijs.*

G 3





**P**ERSONAT aurata cithara crinitus Iopas.  
 Cum risu spectans sexus uterque sedet.  
 Simius at media saltat vestitus in aula.  
 Sic hominem simulans, ut videatur homo.  
 Tamque sibi ipse placet saltans, homo credat ut esse.  
 Ridiculus cunctis Simius attamen est.  
**D**EDICOROSA hæc est hominis saltatis imago.  
 Clunes sub crotalo dum mouet, atque pedes.  
 Dat motus incompositos: numero meditatur  
 Respondere pari, conueniente pede.  
 Dum studet ac vni stultæ placuisse puellæ:  
 Ridendum se alijs omnibus exhibuit.  
 Si quis vi ignarus sit consuetudinis huius:  
 Insanire putet quem videt hoc agere.

## GVLA SEV VENEFICIVM.



PISCIS INESCATO Labrax ut prenditur hamo

SIC gula permultis attulit exitium:

V'ique renitentem pescator ab aquore pescem

Vi trahit ad terram, morte latente cibo.

SIC heredipetæ, captor eisque, veneno

Tinctis sæpe trahunt morsibus ad tumulum.

G 4



STVPOR ADMIRATIONIS, EX  
ARMORVM, & LITERARVM  
PRAESTANTIA.



INDITA BELLONAE Sapientia, & arma Minervae  
Gorgonis os clypeo qua gerit anguicomum  
Vertit, & hoc monstro homines in saxa rigentes  
Cernere tale oculis qui voluere caput.  
SCIRE cupis quid significet Panoplia talis  
Pallados armata, monstriferaque Dea?  
LITTERAE & ARMA (quibus Sapientia, palmaq; victrix  
Quaritur) haec duo sunt inclita præcipue:  
Quorum homines rapit admiratio tanta: stupore  
Desixos, vt eos saxa quis esse putet.



QUI SE NON NOVIT BELLVA EST  
NON HOMO.



ILLUD de cœlo descendens ΓΝΩΣΙΣ ΣΕΑΥΤΟΝ  
In templo Delphis extat Apollino.  
Omnia cui cedant diuini oracula Phœbi,  
Ecquid enim melius, quid sapientius est?  
Te ergo nisi noris Sunamitis, bestia fies  
Atque sequere tuum Buccula facta gregem.



## SENES A IVVENIBVS TOLLENDI



**S**IC VUT fortis equus spatio qui forte supra  
 In bello, aut cursu vicit Olympiae:  
 Postea confectus senio tardante, quiescit:  
 Pérque alios currū præpete fertur equos.  
 Id quod Alexander veterum memor officiorum,  
 Bucephalo fieri iussit & ipse suo.  
**Q**UANTO instius est: ut honeste etate peracta;  
 Patres annosos suslineant iuuenes?



VIRTVTES INGENITAS VITIA  
ERUMPENTIA EXPELLVNT.



CANDIDVL AE, & nuda cœlestis origine regni

Virtutes homini protinus ingenitæ:

Æ terra vitijs homini erumpentibus atris

Armatisque, in cœlum unde suèrè, volant.

SCI. I. C E T esse simul nunquā contraria possunt,

Lucida nocte dies ut veniente fugit.

Id sit ubi spectat radix rabiosa malorum

Non cœlum, solum sed salōn, atque solum:





**T**ANTALVS à labris sitiens fugientia captat  
*Flumina: & esuriens carpere poma nequit.*  
**F**ructus plena labris nā quæ imminet, effugit arbos.  
*Et refuga est mento quæ fluit vnda tenuis.*  
**S**ic miser in liquidis sitibundus Tantalus vndis,  
*Frugibus in medijs esurit atque sitit.*  
**N**ÒMINE mutato de tenarratur Auare,  
*Fabula: qui multas pauper es inter opes.*  
**Q**uas non attingis, nec scis quem præbeat vsum  
*Nummus: at in censu diuite, viuis inops,*



## AMORVM PROGRESSVS.



**H**o G altare tenent mater *Venus*, atque *Cupido*  
Filius, ardenti cum face tela gerens.

*Adstat Olor sua fat a gemens, gemini que columbi:*  
*Iungere qui insertis oribus ora parant.*

**H**AE c est effigies depicta libidinis, ut qua  
Ardet in affectu, vulnus, & intus alit  
Accedens propius, mox oscula iungere gestit,  
Suauit, & *Veneris* denique rem per agit.

Post factum fecisse piget. cunque acceleratum  
Aut fenium, aut lethum sentiat esse: gemit.

**E**RGO libidinei mysteria monstrat Amoris  
Singula in hac araque stat imago sacra.  
Affectum, vulnus penetrans cor, & oscula, & tactum.  
Et factum, sequitur quod met. in ea gemens.



VLTIO AFFECTATAE TYRANNIDIS. vel  
DEVS SUPERBIS RESISTIT.



**A**SPICE crudeles dantem Salmonea pœnas  
 Altitono (est ausus quem simulare) Iom-  
 Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen  
 Aëris ponte citis est imitatus equis.  
 Verum igitur fulmen (voluit quod fingere) sensit:  
 Dixit & hæc moriens: dicere vel voluit.  
**P**ARCITE mortales imitari velle tonando  
 Immortale Deum numen, & imperium.  
**P**arcite velle sequi & dicta, & facta potentum:  
Quod minitamur enim: iudicio patimur.

HOMO CVM IN HONORE ESSET:  
NON INTELLEXIT. & COM-  
PARATVS EST IVMENTIS.



**H**UMANA in magnocūm Natura esset honore  
Non agnouit, & est equiparata boui.  
**A**t postquam proprio speculata in fonte: seipsum  
Vidit, & ut vidiit, nomit, & erubuit.  
**A**mplius & terrae sese adclinare grauata:  
Exurrexit: & os subftulit ad superos  
**A**gnouitque Deum, & Rationem. protinus illi  
Reddit a imago Dei, pristina forma fuit.



**F**ORTE profecturi quinque, aut sex ad mare Rini,  
 Conuenere simul rupe sub aëria.  
 Consilioque habito, visum est coēcū:ibus vna  
     Ire patrem versum fluctibus Oceanum.  
 Viribus ut plures iunctis maioribus essent,  
     Nec se exiccarēt aestus, & ariditas.  
 Ergo quod ad naues potuit satis esse vobend:is:  
     Fecerunt mistis nabile Flumen aquis.  
 Vnus at indignans alijs se iungereriuis:  
     Solus in aridulo restitit alueolo.  
 In genua accliuis contraxit membra, nec ylra  
     Fusus, ad Oceanum tendere non potuit.  
 Quintiam lachrymis penitus defecit abortis  
     Fons ipse arenti puluerulentus humo.  
**E**XEMPLVM minimis hoc mercatoribus esto,  
     Qui querunt magnas per mare diuitias:  
 Ne socios fugiant: simul at commercia trahent.  
     Nam si non possunt singula, cuncta valent.

SUMMA IMPIETAS.  
ΑΘΕΟΣ, ΚΑΙ ΑΠΑΤΩΡ.



**A**STRONOMON vulgo conceptus fortè rogabat.  
Esset in hoc Mundo quo patre progenitus?  
Huic ille ostendens cœlum, Cæcumque sedentem,  
Hic pater est (inquit) corporis, ille animi.  
Cui puer ī dignas. QVÆ SVPR A NOS NIHIL AD NOS.  
Et genitum tali me piget esse sene.  
**O** SUMMA impietas, non velle agnoscere patrem!  
Factoremque sui non reputare Deum!

H



SINE CERERE, & VASSCHO  
FRIGET VENVS.



**L**IBER, & alma Ceres Venerè comitantur virgines.  
 Aureaque altari stat Venus in medio.  
 Διημέτρος εἰς βλοψὶς οὐ παλαθέας κέρας αὐγός.  
 Καὶ γαφύλην βάσιν χωκλήματιν βρομίω  
**S**CILICE. id signū quod ibi Venus est: ubi abūdat  
 Copiam magna cibi, copiam magna ameri.  
 Spumat enim feruente mero de ventre libido,  
 Atque cibo. sine quēis languet, & alget iners,



MILITIA EST VITA HOMINIS  
SVPER TERRAM. IOB. VII.



CONCVRRVNT Equites Cataphracti viri inq. duello:


Ἐπεὶ τύλη τλέμεις ἐν γραφῇ ζῇ νόμῳ.

GLORIA PROPOSITA EST VICTORI, INFAMIA  
VICTO.

Ἐκ σκοπίας δὲ ὁρᾷ ἀρχὸς ἀγωνίστης  
MILITIA est hæc, vita hominis, dum vivit in orbe;

Οὐρανόθεμα δέ της ζῇ θεὸς βασιλὺς  
Scripta palam lex est in Mose Euangeliōque  
Πάττες ιασι. μόνῳ ἀλλὰ βραβεῖορέχει.

H 2





CAROLVS occiduae Princeps Austrasius ora.  
Ditissimum imperium cum Ioue Cæsar habet.  
Iuppiter in cœlo, terrarum Cæsar in orbe,  
Inter hic humanos imperat: ille Deos.

Nec mirum. Mars fortis enim sapiensq; Minerua.  
Dant manibus præsens talibus auxilium.

PARVA FORIS SVNT ARMA, DOMI NISI CONSILIVM SIT,

Magnanimus, prudens, Cæsar utroque viget.  
Vt nunquam (bis velut Hercules firmata columnis)  
Gloria Cæsarei corruat imperij.

Nec dum finis hic est. Duce sed virtute, sequentem  
Fortunam euentis proferet VLTERRIVS.  
Impediat nisi qui DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM.  
Crescit, & hunc cogat citerius regredi.

ΠΑΡΕΡΓΩΝ.  
 ΔΙΑ ΤΟΥ ΤΩΝ ΒΙΒΛΩΝ  
 ΠΛΕΟΝΑΣΜΟΥ.

DE PORCELLANI HOSPITII RVINA  
 IN TRES NOBILES AMASIOS  
 ADOLESCENTES LVGD.

1540.

TRES uno in lecto, simul una & nocte iacebant  
 Qui primi & iuuenes nobilitatis erant.  
 Dum duo colludunt: certaque uter inter utrunque  
 Dormiat: & Libro tertius inuigilat.  
 Fit fragor. Ecce repente domus ruit impete grandi  
 Sorsque viris, mixtis, mors incubat una tribus.  
 Quadraginta annos, terquinque & verterat euum  
 Secula. Lugdunitanta ruina fuit,  
 Quos pronominibus titulos habuere locorum,  
 Corbero, Circceiusq[ue], ac Seneceius erant.  
 Tres unum ut fatum: tres unum habuere sepulchrum  
 Sic animis celum fit tribus una domus.  
 Amen.

DE IISDEM, AENIGMA.

TRES sine dente rucens occidit Adonidas unus  
 In multi capitib[us] ventre Leonis Aper.  
 Qui prius ingenti sub mole fuere sepulti:  
 Extincti fato quam properante forent!

H 3

